

non admittendam, cum jam rationem assignaverimus specialem ad d. inter socerum, quæ maxime in contrarium urgebat: & D. Covar. compulit, ut ab eis, quæ rectè tradiderat supra, hic deviare.

Ibi: Ex quo constat Bartolum.

Hanc Bartoli distinctionem rejecimus, supra, numer. 38. ex aliis.

Ad Num. 10.

- 53 Si filius etiam pubes cum patre liberto simul decedat, non præsumitur supervivere, quamvis de paterna successione tractetur, ut patronus admittatur, cujus favore hoc ita est specialiter constitutum, Bart. in d. l. quod de pariter, col. 2. vers. Aut. pubes, Dyn. in d. l. qui duos, §. Si cum filio, ubi Donel. Curt. Jun. in l. precibus, n. 4. Codic. de impub. Menoch. n. 37.
54 Quod restringitur, ut non habeat locum in hærede patroni, Menoch. n. 39. Bart. in d. §. Si cum filio, Socin. ibi, col. ult. de quo dubitari maxime potest, si sit ex liberis, argumento §. 1. Inst. de fideiuciar. tutel.

Ibi: Quo in loco sentit.

- 55 Decisionem d. §. Si quis autem, non procedere, si ascendens fecisset substitutionem, de qua ibi, sed quod substitutus excluderetur, admittit regula d. l. qui duos, §. ult. docuit Menoch. n. 28. vers. Hunc casum: quod non omnino arridet, cum in eo casu cesset favor eorumdem ascendentium, & descendentium, & testator cæteris omnibus substitutum prætulit, ut diximus supra, num. 46. de quo num. 23.

Verf. omnibus his ad amissum.

- 56 Quod viro, & femina eodem naufragio, ruina, vel alio infortunio peremptis, præsumatur illa prius obiisse propter fragiliorem sexus naturam, multi sentiunt, ut Signorol. conf. 155. Speculat. tit. de procuratorib. §. 1. vers. Vigesimo quinto, Dec. in l. 2. n. 44. ff. de reg. jur. Palac. Rub. supra, d. §. 74. in princip. Tiraquel. de legib. connubialib. l. 8. num. 56. & alii laudati, sup. n. 7. Contrarium tamen verius est, ut D. Covar. docet in præfenti, & tenent Pacian. d. lib. 2. cap. 8. num. 14. ubi disputat; Menoch. d. præf. 50. n. 14. Sadolet. supra, Fontanel. d. claus. 4. glof. 7. part. 2. n. 45. Nam quod viri robustioris nature sint, quam femine, perpetuum non est, cum passim fortissimarum mulierum fiat mentio; ut testantur Pacian. n. 15. Tiraquel. ubi proxime, l. 1. num. 135. & huc accedunt, qui exultant, feminam in vulneribus sustinentis viro fortiorem esse, quos tamen supra reprobavimus. Præterea quamvis concedatur, qualemqualem esse injecturam, quæ dicitur, virum diutius vivere posse; hæc sufficiens non est, ut juris præsumptio inducatur; ut in simili ratiocinatur Menoch. d. lib. 6. præf. 51. n. 22. 23. atque ita cujus interfuerit ad fundandam suam intentionem; feminam ante virum succubuisse, id tenetur probare. His jungenda sunt, quæ diximus supra, n. 2. ex quibus omnibus ita est tenendum, non obstante l. 12. tit. penult. part. 7. quæ expressim refragatur, cui D. Covar. eo modo, quo potest respondet, scilicet ibi deficere intentionem corrigendi jus commune in Legislatore.

AD CAPUT VIII.

Pœnam infanti pro alterius crimine irrogari, licetumne sit?

SUMMARIUM.

- 1 Qui de materia fusè tractatur.
2 Pœna quatuorplex, & n. 4. & 5.
3 Ejus definitio.
4 An justum sit, ut unus pro alterius delicto coerceatur? cum numer. seqq. usque ad 3.

- 8 Pœna vindicativa culpam semper supponit.
9 Innocentes puniri, iniquum est.
14 Bruta etiam ob nefanda flagitia puniuntur. 18.
17 Inanimata etiam destruiuntur.
19 Verbum, visitare, in sacris literis quomodo accipiatur.
20 Deum innocentes ob aliorum scelera extinxisse, demonstratur.
21 Jure humano constitui non potest, ut quis pro alterius crimine corporaliter lædatur.
22 Sententia Imperatorum in l. quisquis, C. ad leg. Jul. Majest. rat. reprobat.
23 Juste lex humana ex causa potest irrogare pœnam non corporalem liberis delinquentibus; & quare? n. 24. & 25.
26 Numquam Deus pro alienis peccatis pœnam spiritualem infligit: nec ab homine imponi potest, n. 27.
28 Irregularitas quando pœna censetur.
29 Quorundam Sacra Scriptura locorum, quæ sunt apud D. Covar. interpretatio remissivè.
30 Theodoti Imperatoris factum refertur.
31 Quibus pœnis hereticorum descendentes afficiantur; & quadam notabilia circa id adjiciuntur, usque ad n. 37.
38 De pœnis adversus liberos admittentium crimen læsa Majestatis humana, & n. 39. 40.
41 Quis cognoscat an officium sit publicum, ne ad illud descendens pro ditoris admittatur.
42 Qua nobilitate priventur liberi reorum læsa Majestatis.
43 Utrum in majoratum succedant, ad num. 46.
47 An filii ob crimen læsa Majestatis à matre commissum puniantur?
48 Nepotes rei læsa Majestatis plectuntur, & num. 49.
50 Qui filii propter crimen læsa Majestatis à parentibus patratum pœna afficiantur, usque ad num. 53.
54 Filii hereticorum utrum beneficiis Ecclesiasticis priventur? ad n. 57.
58 Qui prohibetur officia, vel beneficia obtinere, non censetur obtentis privari.
59 Infamia facti qui notatur, etsi beneficia Ecclesiastica assequi prohibeatur, jam quæstia non perdit.
60 Hæretici beneficiis Ecclesiasticis privantur, usque ad numer. 62.
63 Filii hereticorum ante crimen concepti num pœnis subjiciuntur? ad num. 69.
70 Quid de filiis reorum læsa Majestatis humana? & n. 71.
72 Filii utrum dignitate, vel nobilitate paterna decorentur, si ante eam adeptam nascantur; & an potior in successione sit, qui post patris dignitatem editur, quam antea natus? usque ad n. 80.
77 Confirmatio nihil de novo addit, sed iis quæ sunt, robor & firmitatem præstat.
78 Solutio D. Covar. ad argumentum Calderini defenditur.
81 Valet statutum irrogans pœnam pecuniariam pro alieno crimine ex justa causa.
82 Idem est quoad infamiam.
83 Juste potest statuto præcipi, ut pater pro delicto filii intra legitimam teneatur, de quo latè usque ad numer. 91.
93 Parentibus, vel filiis delinquentibus, si bona eorum confiscentur, quæ peculia Fisco acquirantur, vel non, usque ad num. 103.
104 Si bona filii publicentur ob crimen, vivo patre, legitima ad Fiscum non pertinet; usque ad n. 107.
108 Fisco mariti bona propter ipsius delictum occupante, dimidia pars bonorum, quæ matrimonio constante sunt quæstia, eidem reservatur.
109 Statuto caveri potest, ut omnia peculia propter filiorum crimen Fisco addicantur.
110 Patre solvete pœnam pecuniariam pro filio, quando posset solvitur in legitimam imputari; usque ad n. 120.
121 Nemo potest se ad pœnam corporalem, vel spiritualem, pro alterius delicto obligare.
122 Carceratus, cui imponenda est pœna pecuniaria, datis fidejussoribus, laxatur: secus si corporalis, de quo usque ad num. 130.

- 123 Consuetudine introducti potest, ut quis pro alieno crimine ad pœnam corporalem se valeat obligare.
124 Idem statuto stabiliri potest, de quibus videas numer. sequent. usque ad 136.
137 Excommunicationis sententiam in Universitatem hominum ferre prohibitum est, usque ad n. 144.
145 Excommunicatio major nisi pro mortali peccato injungi nequit; usque ad num. 148.
149 Sententia majoris excommunicationis in Universitatem lata, nec nocentes ligat, nisi proferatur à Pontifice.
150 Interdictio Ecclesiastica Universitatis personarum potest affici, & quæ comprehendantur, usque ad n. 161.
162 Civitas quæ proprium Episcopum interimit, Sede Episcopali privatur.

1 Circa ea quæ hoc capite explicantur, fusè disseruerunt D. Thom. 1. 2. quæst. 87. ubi Theologi communiter, Abulens. in 1. q. 6. 7. & in Math. c. 5. à quæst. 320. Pat. Petr. Huit. de Mendoc. de fide, disp. 88. Pat. Sanch. in Decalog. tom. 1. lib. 2. cap. 27. cum seqq. Alfons. à Castro, de just. hæreticor. punit. lib. 2. cap. 10. cum aliis, Guttier. Canoniar. quæst. lib. 2. cap. ult. Simanc. de Catholic. institutionib. tit. 29. Farinac. de hæres. quæst. 19. 1. & de crimin. læs. Majestatis. quæst. 116. §. 3. Menoch. conf. 99. ex num. 207. Pat. Molin. de just. & jur. disp. 658. cum seq. Hieron. Gigas de crimin. læs. Majestatis. lib. 3. titul. de pœn. quas filii incurrunt, Decian. tract. crimin. lib. 7. capit. 4. cum aliis; Jul. Clar. in prax. crimin. §. Hæresis, & §. Læsa Majestatis.

Ibi: Quæ pœnam innocenti.

- 2 Est necessariò premittendum, ut apertius procedatur, pœnam esse triplicem; medicinalem, satisfactoriam, & merè vindicativam. Prima, nulla præcedente culpa, sustinetur ad utilitatem ipsius, qui patitur, vel ob alium bonum finem, de qua Joan. c. 9. vers. 3. Neque hic peccavit, &c. 16. vers. 33. ibi: In mundo pressuram habebitis. Habac. c. 1. vers. 13. Quare respicis contempores; & taces, calcante impio justorem se. Paul. ad Hebr. cap. 11. vers. 36. Alii verò ludibria, & verbera, &c. De quo D. August. de Civit. Dei, lib. 4. cap. 3. ibi: Nam justis quicquid malorum ab iniquis dominis irrogatur, non est pœna criminis, sed virtutis examen; Pet. Gregor. syntagmat. lib. 3. 2. cap. 4. num. 4. Lege etiam humana hujusmodi pœna solet irrogari, veluti cum quibusdam personis rerum suarum alienatio interdicitur, l. 1. ff. de manumissionib. & Eadem lege, Inst. qui & ex quib. caus. §. 1. Inst. quib. alien. lic. vel non, hoc enim, cum sit voluntati contrarium, pœna rationem habet, ut ex ejus definitione statim tradenda constabit, & privantur domini jure suo de propriis bonis disponendi, in quibus quisque est moderator, & arbiter, l. in re mandata 21. C. mandat. tamen eorumdem gratia ita constitutum est.
3 Secunda, satisfactoria scilicet; culpam supponit, sed non præcisè illius, cui pœna imponitur, quam solent innocentes ob aliena peccata sustinere, ut Christus Dominus, Isaia cap. 53. vers. 4. Verè languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portavit, & vers. 5. Ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras, atrox est propter scelera nostra, & vers. 8. Propter scelus populi mei percussit eum. Paul. ad Roman. capit. 28. vers. 32. Qui etiam proprio filio suo non percussit, sed pro nobis omnibus tradidit illum. Sic etiam legibus comparatum est, ut, qui damnatum non dederunt, ad illud refarciendum teneantur; l. 4. in fin. tit. 7. part. 5. l. 1. per totum tit. ff. de noxalib. actionib. & apud plures Respublicas ita statutum est, quod justè fieri potest, ut probat D. Covar. infra, hoc capit. num. 7. ubi de hujusmodi statutis agendum nobis erit.
4 Vindicativa tandem, quæ sola propriè pœna nuncupatur, regulariter delictum ejus, cui inferitur, requirit; de qua Job. cap. 4. vers. 7. Quis unquam innocens perit, aut quando rectè delicti sunt? quin potius vidi eos, qui operantur iniquitatem, & seminant dolores, & metunt eos stante Deo, peritisse; & spiritu vae ejus esse consumptos. Psalm. 36. vers. 25. Junior fui, etenim senui, & nunquam vidi justum devotum, nec semen ejus querens pœnam. D. August. lib. 1. retract. cap. 9. omnis pœna, si justa est, peccati pœna est. Huc spectant leges, ubi de cri-

minibus coercentis tractatur, quæ extant sub lib. 47. Digestor. Hanc pœna divisionem probat, Pat. Valent. tom. 2. in 1. 2. disp. 6. quæst. 7. de vert. eff. lib. 1. peccati, punit. 1. Pat. Becan. in suam. Theolog. scholastic. tom. 2. tract. 2. capit. 8. de pœna. q. 2. Pat. Suar. tom. 1. in 1. 2. tract. 5. disp. 7. sect. 1. ex numer. 5. Petr. Greg. sup. ubi de medicinali, & vindicativa; & cap. 1. agit de etymologia, & docet nomen, pœna, à Græco vocabulo derivari, quod peccati ultionem significat. Pœna igitur hæc propriè sumpta (de qua in præfenti sermo erit) est malum sive incommodum aliquod natura, aut voluntati contrarium, quod eo fine infligitur, ut culpa vindicetur. Quam definitionem ex D. August. & Thom. deducunt, & exornant, Becan. sup. quæst. 1. num. 1. Valent. d. punit. 1. 1. vers. Igitur, Suar. d. sect. 1. num. 1. aliam definitionem tradit Alfons. à Cast. de por. leg. pen. lib. 1. capit. 3. & aliam videt apud Cujac. in parat. ad tit. ff. de pœn.

Ibi: Nam iniquus esse probatur.

Iniquum esse, ut quis alieni peccati pœnas innocens luat, non paucis Sacrae paginæ testimoniis potest comprobari, Genes. cap. 18. vers. 25. Absit à te, ut rem hanc facias, & occidas justum cum impio. Numer. cap. 16. vers. 22. Num uno peccante, contra omnes ira tua desaviet? Jerem. c. 33. vers. 30. Sed unusquisque in iniquitate sua morietur. D. Paul. 2. ad Corinth. cap. 5. vers. 10. Ut referat unusquisque propria corporis, prout gessit, sive bonum, sive malum. Et ad Galat. capit. 6. vers. 5. Unusquisque onus suum portabit. Ex quibus, & similibus Sacri Interpretes communiter sentiunt, nunquam Divinam justitiam, in infantes aliena crimina vindicare, de quo D. Hieron. in Ezechiel. cap. 18. sup. illud. Anima, quæ peccaverit, &c. Ita dissert. Non ideo filii puniuntur in tertiam, & quartam generationem, quia deliquerunt patres eorum, cum patres potius, qui fuerunt peccatores, puniri deberent: sed quia patrum extiterunt emulatores, & oderunt Deum hereditario malo, & impietate in ramos quoque de radice crescente. Cui sententia se subscribit D. Chryostom. homil. 25. in Genes. Gregor. lib. 5. moral. c. 34. Anselm. de concept. virginale. c. 25. Thom. 2. 2. quæst. 108. art. 4. ad argument. Nicol. de Lyra in illud Exod. cap. 20. Ego sum Dominus Deus tuus fortis, &c. Suar. sup. d. sect. 1. num. 9. 10. Heet. Pint. in loc. proxime citat. Ezechiel. pag. 249. Becan. d. c. 8. q. 3. n. 3.

Id ipsum humanarum legum autoritate potest affirmari, 7. comprobari, cap. non debet 22. cum seq. de reg. jur. in 6. cap. Judes 7. & per totum 1. quæst. 5. cap. 1. 24. quæst. 1. l. 10. tit. 9. lib. 5. Recopilat. l. 9. tit. 31. part. 7. l. filium 9. ff. de Senatorib. l. adoptivum, 8. §. in ff. de in jus vocand. l. si maritus 27. ff. solut. matrimon. l. fin. ff. ad Syllaniam, post legatum 5. si pater, ff. de iis, quib. ut indign. cum patre, 7. ff. de bon. damnator. l. si pœna 20. l. crimen 26. ff. de pœn. l. 2. §. nullum, l. spurii 6. ff. de Decurionib. Quod nedum in pœnis, sed etiam in civilibus obligationibus placuit: ut scilicet nemo pro alienis debitis teneatur, cap. unic. de injur. in 6. l. 1. 2. 3. 7. tit. 17. lib. 5. Recopilat. l. 1. §. tit. 10. part. 7. l. 1. & per totum tit. C. ne fil. pro patr. & ne uxor pro marit. l. providendum 23. C. de Decurionib. lib. 10. l. unic. C. ut nullus vicaneor. lib. 11. l. hac definitione 12. C. de omn. agro desert. eod. lib. Atque ita injustas esse leges, quæ ut unus pro alio attingatur, præcipiunt; & decet Bald. in l. sancimus, C. de pœn. Gigas dict. tit. de pœn. quas fil. incur. c. 14. à num. 12. Menoch. conf. 123. in addit. num. 7. Cyriac. controver. versar. forens. tom. 2. controver. 289. num. 2. Luc. de Penna in l. jure provisum, C. de fabricensib. lib. 1. Casan. conf. 1. n. 4. Bobadill. in Politic. tom. 1. lib. 2. c. 21. n. 50. Dueñas reg. 345. Cravet. de antiquit. tempor. part. 4. princip. numer. 157. Vivil. commun. opinion. tom. 1. lib. 3. tit. 16. de inoffic. testam. num. 55. Surd. decis. 49. num. 11. Joann. Igne. in l. ult. numer. 44. ff. ad Syllaniam. Angel. in l. fallaciter, C. de accusationib. Decian. sup. d. lib. 7. cap. 42. num. 47. 48. Roland. conf. 74. n. 20. & 21. lib. 3. Bonacol. commun. tom. 1. lib. 4. tit. 6. num. 7. Beci. conf. 8. num. 20. Alciat. emblemat. 174. c. jus inscriptio est: Alius peccat, & alius plectitur, & ibi Claud. Minois, Contrarium probatur, infra, ex num. 10.



Ibi: Cum criminis pena culpam necessariò pramittat.

8 Poena vindicativa semper culpam supponit, & absque ista, illa esse non potest, l. aliud est fraus 131. ff. de verbor. significat. D. August. supra, dict. lib. 1. retract. cap. 9. D. Thom. 2. 2. dict. quest. 108. art. 4. in solut. Menoch. de arbitrar. cas. 185. num. 4. Valent. dict. punct. 1. vers. Quo posito, Cytac. tom. 2. controvers. 133. n. 3. 5. & controvers. 288. n. 1. Surd. decis. 274. num. 10. Thom. de Thomass. regul. 283. Augustin. Barbof. de axiomat. jur. axiom. 62. & 181. Thom. Delbene de immunit. Ecclesiastic. tom. 1. c. 2. dubit. 4. sect. 5. num. 2. Cened. ad lib. 6. Decretal. collectan. 1. num. 2. Carval. de judic. tom. 2. tit. 3. disput. 8. sect. 2. num. 14. Mari. Alter. de censur. tom. 1. lib. 5. disput. 8. cap. 8. vers. Respondeo si mercator, Caramuel in Theolog. fundament. num. 1058. qui poenam à pœnalitate distinguit. Imò, poena culpæ metas excedere nequit, cap. ult. §. illud autem, de pen. in 6. de quo infra, cap. prox. in princip. ubi D. Covarr. docet, nam sunt correlatiæ, Castr. sup. dict. capit. 3. vers. Ultimo additum est, ubi latè præmissam probat conclusionem.

Ibi: Deinde innocentem puniri.

9 Innocentes pœnis afficere ab omni jure, ac ratione profus alienum est; quare prohibetur Exod. cap. 23. vers. 7. Infontem, & justum non occides. (Quam legem Moyses in extremis agens Populo commendavit, teste Josepho lib. 4. antiquitat. Judaor. c. 8. quem refert Menoch. d. conf. 99. n. 215.) dict. c. 1. 2. 4. 9. 3. 1. 12. tit. 1. 4. part. 3. Guttier. d. c. 30. n. 15. 16. Menoch. n. 216. Quod aded intrinsecè malum est, ut, si tyrannus urbi exitium minaretur, quod non aliter effugi posset, nisi occidendo infontem, potiùs omnes perire deberent, quam tale flagitium perpetrare, Bonacin. oper. moral. tom. 2. disp. 2. de restitut. q. ult. punct. 7. n. 1. Pat. Molin. de just. & jur. tom. 4. tract. 3. disp. 16. num. 4. Valent. tom. 3. in 2. 2. disp. 5. de just. q. 8. punct. 2. col. 1160. Pat. Hurtad. tom. 2. de Charitat. disp. 169. de bello sect. 11. §. 100. Diana resolut. moral. part. 5. tract. 3. resolut. 23. Omnes tamen fatentur; posse eo casu ad liberandum se Republicam tradere hosti infontem, quamvis certò sciatur, ab eo occidendum. Imò si justus Reipublicæ obedire hoc casu innocens detrectet se defendendo, aut subtrahendo jure occidi poterit, quia non obtemperando delinquit, ut observat Dian. ubi proximè, cum debeat salutem communem propriæ vitæ præponere, ut ex aliis dixi sup. lib. 1. c. 2. n. 81.

Ibi: Ex adverso non desunt sacri eloqui.

10 Quod justè possit aliquis puniri pro delictis ab alio perpetratis, plura sacra eloquia demonstrant, Exod. c. 34. vers. 7. Qui reddis iniquitatem patrum filiis, ac nepotibus in tertiam, & quartam generationem, Levitic. c. 26. vers. 40. Et propter peccata patrum suorum, & sua, affligentur. Numer. c. 14. vers. 18. Qui visitas peccata patrum in filio in tertiam, & quartam generationem. Deuteron. c. 28. vers. 46. Et erunt in te signa, atque prodigia: & in semine tuo usque in sempiternum, eo quod non servieris Domino Deo tuo. Quibus addenda sunt, quæ refert D. August. lib. 6. contra Julian. c. 12. ibi: Quam multa sunt divinarum testimonia scripturarum, quæ parentum peccata obligant filios, numerare quis possit? Cur enim peccavit Cham, & in ejus filio Chanaan vindicta prolata est? Genes. c. 9. Cur pro peccato Salomonis, filius ejus deminutione regni punitus est? 3. Reg. c. 12. Cur peccatorum Achab Regis Israel in ejus posteros poena dilata est? 2. Reg. c. 20. Hæc August. Similiter ob peccatum Saulis in Gabaonitas posteri illius ipsi crucifigendi traduntur, 2. Reg. c. 21. Pro peccato Achan Populus ab hostibus est percussus, Jos. c. 7. Et quia deliquit David multi de plebe extincti fuerunt, 2. Reg. c. 24. Hinc Apostoli putaverunt, illum cæcum à nativitate, de quo Joan. c. 9. potuisse poenam cæcitatæ sustinere ob parentum peccata, ideoque Dominum interrogarunt, an ipse, vel parentes ejus peccaverint, ut cæcus nasceretur: de quo alia n. 20.

11 Ex quibus multi Sancti Patres, aliique Interpretes tenent communiter, Deum poenas temporales infligere innocentibus pro peccatis ab aliis commissis ob causas sibi cognitatas, Ita præter D. Augustinum ubi proximè, Euseb. lib.

12. de præparat. c. 25. Magist. sententiar. 2. dist. 36. Abulens. 7. 7. q. 82. Pat. Vazq. tom. 1. in 1. 2. disputat. 135. c. 1. n. 4. Maldonat. in Evangel. sup. illud Joan. c. 9. Rabbi quis peccavit, & c. Alexand. de Hales part. 1. q. 37. memb. 3. art. 4. & in 3. part. 9. 41. memb. 4. art. 1. Valent. supra, punct. 2. vers. Altero modo, Hurtad. de Fide, tom. 1. disput. 88. sect. 1. §. 2. ubi esse de Fide asseverat, Alfonso à Castro d. lib. 2. c. 10. Guttier. supra, n. 18. Ojeda de incompatibilit. beneficiorum, c. 23. n. 104. Simanc. d. tit. 29. in princip. Augustin. Barbof. in collectanea ad c. non debet, n. 3. de regul. jur. in 6. Anton. Gomez variat. lib. 3. cap. 2. n. 13. Menoch. dict. conf. 99. ex n. 212. Petr. Gregor. dict. c. 4. n. 4.

Sic etiam tam Canonicis constitutionibus, quàm Civilibus, aliena scelera in liberis, & aliis cœtercentur justa de causa, cap. 1. de fil. Præbiteror. capit. non est vobis 11. de sponsalib. capit. vergentis 10. de hæretic. capit. nobis 27. & ibi Glos. de simon. cap. 2. §. Heretici, capit. statutum 15. de hæretic. in 6. cap. unic. §. Contra natos, de schismatic. cap. ultim. §. Quod si quis, de pen. eodem lib. 6. capit. si quis 22. §. Filii vero 6. quest. 1. capit. cum multa 3. 15. quest. 3. l. 1. & 3. tit. 3. lib. 8. Recopilat. l. 3. tit. 8. eod. lib. 1. 6. vers. Elos que dellos descendiesen, tit. 27. part. 2. l. 2. tit. 2. l. 9. tit. 31. part. 7. l. quisquis 5. §. 1. C. ad leg. Jul. Majestat. l. Divo. 11. C. de questionib. l. Imperialis 24. §. His illud, C. de nupt. Authent. Gazaros. C. de hæretic. Quod justissimè fieri posse probant, text. in capit. sine culpa 24. de regul. jur. in 6. Menoch. de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 56. num. 6. Cardin. Turrecrem. in cap. undecunq. 3. 56. dist. 1. Anton. Gomez ubi proximè, Castr. sup. capit. 11. Roxas sing. 66. Guttier. numer. 25. Simanc. ubi proximè, Cevall. quest. 63. Petrus Faber semest. lib. 3. capit. 8. Quibus jungendi sunt laudandi infra, num. seq.

Ad Num. 1.

Quod Divino, & humano judicio justis de causis possit ei, qui non deliquit, pro alieno delicto poena irrogari, satis nuper tradita suadent; idemque expressim asseverant, Tusch. lit. P. conc. 212. num. 41. Farin. in prax. q. 24. n. 154. Petr. Greg. sup. Castil. controv. lib. 4. c. 103. n. 19. Guttier. sup. num. 26. Aug. Barbof. in collect. ad cap. renovantes, n. 9. 2. 2. dist. 1. & quod attinet ad judicium Divinum causa querenda non est, cum enim Deus sit absolutus Dominus vitæ creatæ, possitque pro suo arbitrio eam donare, vel auferre, poterit ex alieno peccato occasionem sumere ad necem alicujus, ut indè suæ justitiæ severas leges ostendat; Hurtad. dict. §. 2. Pat. Vazq. sup. disp. 135. cap. 1. num. 5. Guttier. n. 10. vers. Præterea, in fine. In quo est animadvertendum, has poenas temporales, quæ divinitus pro alienis criminibus inferuntur, ipsi patientibus ad salutem spiritualem proficere, ut probat D. Augustin. in Jos. cap. 8. ubi: Visibiles afflictiones hominum, sive mortes, quoniam iis, quibus ingeruntur, & obesse, & prodesse possunt, novit Dominus in occulto providentiæ suæ quemadmodum justè quibusque dispensat, etiam cum aliorum peccata in alios videtur ulcisci, notat Hurtad. ubi proximè, Guttier. num. 19. Menoch. d. conf. 99. num. 213. Simanc. d. tit. 29. num. 3. 5. Petr. Greg. d. c. 4. n. 4. Leges verò humanæ, nisi de causa constet, ob quam in infontes vindicentur facinus alienum, iniquæ habebantur, nec ferri debent; ut notatur in d. cap. sine culpa, de regul. jur. in 6. Ofalc. Pedemont. decis. 88. n. 25.

Ibi: Sic Levitic. cap. 20.

Levitic. cap. 20. vers. 15. ita legitur: Qui cum jumento, & pecore cœverit, morte moriatur: pecus quoque occidite. Mulier, que succubuerit cuilibet jumento, simul interficiatur cum eo. Et hodie idem in praxi servatur, de quo Ant. Gôm. in l. 80. Taur. n. 35. vers. Advertendum, Alfonso à Castr. lib. 4. advers. hæres. verb. Coitus cum jumento, Alvar. Pelag. de planct. Eccles. lib. 2. c. 2. Menchac. controv. illustr. c. 96. n. 11. Roland. conf. 7. à princip. lib. 1. Clar. d. lib. 5. receptar. sentent. §. Fornicatio, n. 27. & §. fin. quest. 99. n. 8. ubi Bajard. n. 10. Boër. dec. 316. ex n. 6. Roxas singul. 102. Caball. resolut. crimin. tract. de homicid. n. 181. Tiraq. de pen. temperand. caus. 49. n. 39. Tusch. practicar. concl. lit. C. concl. 41. n. 30. 31. Martiens. in dialog. relator. part. 3. c. 64. n. 6.

Q10

15 Quo casu animalis domino pretium solvendum esse ex bonis Rei; aut si non extent, ex pecunia Fiscali, docet Villar. in Sylv. responsor. lib. 1. respons. 4. ex num. 11. Petr. Barbof. in comment. ad Ordinament. Reg. Lusitan. lib. 5. tit. 13. §. 2. quamvis contrarium sentire videatur Ant. Gom. in l. 1. Taur. n. 11. vers. Item finaliter, in fine.

16 Sed & si homo, vel mulier, quæ se bruto turpiter commiscuit, aliqua de causa ultimo non afficiatur supplicio, adhuc animal extingui debet, ne sceleris nefarii memoriam refricet, Tusch. d. n. 30. Boër. sup. n. 4. etsi displiceat Clar. d. q. 99. n. 8.

17 Insensibilia quoque ob delictum ab homine commissum leges perire jubent, veluti domum ejus, qui læsæ Majestatis reus condemnatur, cap. felicitis, in princip. de pen. in 6. l. 6. tit. 13. l. 6. tit. 27. part. 2. cap. unic. §. Receptoribus, de pac. tenend. in vob. feudor. Ant. Gom. d. cap. 2. num. 11. Afflictis tit. quæ sint Regalia, verb. & bona communitentium, num. 37. in 29. special. Parlador. rer. quotidianar. lib. 1. cap. ult. in princip. Gig. sup. tit. de pen. committent. crim. les. Majestat. q. 35. Baiard. ad Clar. d. lib. 5. §. Læsæ Majestatis, num. 25. vers. Decimum nonum, Farinac. de crimin. les. Majest. q. 116. §. 1. n. 28. Pet. Greg. d. lib. 32. cap. 2. num. 12.

Ibi: Olim sane apud Athenienses.

18 Aliquibus in locis animalia, etsi ratione careant, nec delinquere possint, puniri usu receptum est; ut testantur Clar. d. n. 8. Guid. Pap. decis. 238. qui asseverat, se vidisse in Burgundia suam furcâ suspensum, quoniam puerum necaverat, Tusch. lit. A. conclus. 332. n. 2. & adversus ea ferri sententiam posse, docent post Albericum, & Gandin. Gregor. Lop. in l. 24. glos. 7. tit. 15. part. 7. Bobadilk. sup. tom. 2. lib. 4. cap. 5. num. 28. Pet. Greg. d. n. 12. ubi ait Athenis, ligna, lapides, & similia exterminata esse, quia delapsa homines oppræsserunt; quæ à jure Divino originem habuere Exod. 21. vers. 18. cujus loci paulò superius meminit D. Covarr.

Verf. Secundo quandoque.

Hanc conclusionem pluribus comprobavimus sup. numer. 9. cum seqq.

Ibi: Hic verò locus, etsi variè.

Ad locum istum videas D. Hieronym. in Ezechiel. c. 18. D. Thom. 1. 2. quest. 87. art. 8. Adrian. quodlibet. 12. part. 1. & alios laudatos sup. n. 6. 11.

Ibi: Siquidem visitare Deum.

19 Verbum, visitare, in Sacris literis modò in malam, modò in bonam partem accipitur: nam Deus dicitur visitare, cum beneficia confert, aut subvenit afflictis, Genes. 21. vers. 1. & c. 50. vers. 23. Exod. cap. 3. vers. 16. & cap. 4. vers. 31. Reg. lib. 1. cap. 2. vers. 21. Quibus in locis, & aliis pluribus, visitare, in bonam partem sumitur. In malam verò verbum idem non minus frequenter usurpatur, visitat enim Deus, quando affligit, & tanquam judex exigit poenas, Exod. c. 32. vers. 34. Ibi: Ego autem in die ultionis visitabo, & hoc peccatum eorum. Levitic. cap. 18. vers. 25. Cujus scelera visitabo, & cap. 26. vers. 16. Visitabo vos velociter in egestate, & ardore, Isaac c. 23. vers. 17. Visitabit Dominus Tyrum, & reducet eam ad mercedes suas. Ita Maldonat. sup. Luc. cap. 1. col. 92. 3. lit. B. Et in hoc ultimo sensu accipiunt Expósitores Sacri illud Exod. 20. Ego sum Deus Zelotes, & c. Prout videre est apud laudatos sup. num. 6. 11. quos sequuntur ex nostris Menoch. d. conf. 99. num. 210. Guttier. n. 2. Augustin. Barbof. in collectan. ad c. non debet, n. 4. de regul. jur. in 6.

Ibi: Eadem ratione constat.

20 Innocentes aliquando ob aliena scelera à Deo fuisse percussos pater. Sic primogeniti Ægyptiorum etiam parvuli interfecit sunt, Exod. c. 12. Amalecitarum infantes occidere Sauli præcipitur, Reg. 1. cap. 15. Davidis puerulus ob ejus peccatum moritur, Reg. 2. cap. 12. Quod latè prosequitur

Gratian. in §. Item peccato, 1. quest. 4. ubi ait: hæc ita Deo placuisse propter mysterium, aut in detestationem peccati, vel in flagellum eorum, qui deliquerunt. Alia exempla adducit Petr. Greg. sup. dict. capit. 4. num. 4. asserens has poenas eidem innocentibus esse proficuas, de quo sup. numer. 10. & 11.

Verf. Tertia, humana lex.

11 Nullo jure humano constitui potest, ut quis pro delicto non suo corporalem poenam subire compellatur; Pat. Suar. de Fide, disp. 22. sect. 3. num. 2. Hurtad. sup. §. 3. cum seqq. Vazq. d. disp. 135. cap. 3. num. 11. vers. Alitò tamen, Farinac. in prax. crimin. quest. 24. num. 190. Tusch. lit. S. conf. 618. num. 3. Menoch. ubi proximè num. 215. 216. Guazzin. de defen. reor. defen. 33. circa pen. num. 8. vers. Tamen dicta jura, Guttier. sup. ex num. 22. Caball. resolut. crimin. cas. 149. num. 20. Ant. Gabriel. commun. lib. 3. tit. de jur. quæsit. non tollend. conclus. 2. num. 19. Clar. sup. §. fin. quest. 86. num. 5. Cartar. de exequut. sent. capt. bannito, in præfat. num. 71. Alfonso à Castr. de pot. leg. penal. lib. 1. cap. 9. vers. Restat. fol. 77. lit. C. Menchac. controverstar. illustr. lib. 3. c. 96. num. 14. vers. ad prædicta optime servit. Hoc enim humanam excedit potestatem, licet Divina effici justè possit, ut ait Suar. quamvis non desint, qui ob publicam utilitatem vel statuta, quæ in infontes aliena crimina vindicant, opinentur; de quo Tusch. lit. P. conf. 212. num. 45. Cartar. sup. ex num. 73. Angel. conf. 63. Deci. conf. 64. num. 34. Guazzin. sup. qui Florentine tale statutum esse referunt. Similis lex fuit apud Macedones, quæ omnes propinqui ejus, qui in personam Principis quicquam moliretur, capite plectebantur, quam ut cruenta acerbitate plenam Alexander Magnus abrogavit, refert Menoch. d. conf. 99. num. 224. ex Quint. Curt.

Ibi: Quamobrem satis iniquè.

22 Similiter sententiam Imperatorum, quatenus ex indulgentia filiis reorum criminis læsæ Majestatis vitam concedere jactanter affirmant, in dict. l. quisquis, §. 1. cap. puni. Pat. Hurt. sup. §. 5. Vazq. cap. 3. in fin. Alfonso à Castr. de just. hæretic. puni. lib. 2. cap. 11. num. 6. Guttier. num. 25. Menoch. num. 216. Eam tamen minus rectè probant Bald. in dict. l. quisquis, in princip. vers. Filiis, de misericordia, Decian. dict. lib. 7. cap. 41. num. 1. Farinac. in prax. tit. de crimin. les. Majest. quest. 116. §. 3. num. 74. Ratio etiam, quæ Legatores utuntur, inutilis est, ibi: Paterno enim debent perire supplicio, in quibus paterni, hoc est, hæreditarii criminis exempla metuantur. Tum quia hæc præsumptio, quod liberi parentum mores imitentur; non est efficax, cum læpissimè fallat, ut propter eam innocens occidatur; Simanc. sup. tit. 50. numer. 11. Menoch. de præsumpt. lib. 1. quest. 15. num. 25. Alciat. eod. tract. lib. 1. præsumpt. 24. Tum etiam quoniam poena præcedere culpam non debet, nec pro futuro crimine quisquam puniri potest, ut fuscè probat Alfonso à Castr. de pot. leg. pen. lib. 1. cap. 3. vers. Ultimo additum est, à princip. Imò dict. l. quisquis, dum in filios statuit, iniquam, nec in foro conscientiæ servandam, sententiam Metlin. de Legitim. lib. 3. tit. 1. quest. 30. num. 26. 27. Farinac. dict. q. 116. §. 3. num. 145. Cevall. d. q. 653. ad finem: qui plures referunt, quod probat Pat. Hurtad. sup. §. 5. cum seqq.

Verf. Quarta, poterit sanctissimè.

Potest lex humana poenam bonorum, vel aliam, quæ 23 corporalis non sit, liberis ob parentum crimina irrogare, justa interveniente causa; quam conclusionem probant jura cumulata sup. num. 12. Pat. Vazq. dict. cap. 3. numer. 11. Suar. sect. 1. numer. 3. Menoch. d. conf. 99. num. 218. Guttier. num. 25. Alfonso à Castr. d. cap. 11. Simanc. tit. 29. Ant. Gom. d. cap. 2. num. 13. August. Barbof. in collect. ad cap. sine culpa, de regul. jur. in 6. Clar. d. q. 86. num. 7. Farin. in prax. q. 24. n. 158. Tusch. lit. P. conc. 212. num. 50. Afflict. in construct. Rega. Neapol. lib. 1. rubric. 2. num. 82. Duënas reg. 345. in fallent. 14. Dec. in l. filius, n. 2. C. de part. Boër. decis. 127. quicquid placeat Pat. Hurtad. sup. §. 6. & aliis, qui tenentur, filios directò puniri non posse amissione bonorum, vel alia ob parentum delicta.

Rationem